

A temporis machina ad Menorah quaerendam.

Narratio docta

Mysteriorum mysteria

“*Aliquando in summa re ima subsunt*”

(Oscar Wilde)

Proemium

Alii enim fabulam minus saepe legere possent, alii contra paginas difficillime in opere percurrerent, atque, nostra velut incondita aetate, carmina fere nemo. Haec narratio diversa iudicia adiuvat eorum qui legent et tria genera litterarum confert (unde *rosarum carmen*), unam historiam et etiam veram canens, sed iam nunc, ex plerisque hominum oblitam. Auctores vero, digressiones per multas, adquid et quomodo opus res dicat legentes inducunt.

Narratio ad legendum composita est a multis et diversis lectoribus, qui, sua sponte, capitulum quintum legere possunt, aut illum quod additur, aut eo omisso, facile pergere.

Operis prima capitula documentum enim sunt, quia personarum sermonibus coniecturarum scientiae res explanari per tempora videntur, verum etiam figurata vis eiusdem *Menorah*.

Eadem capitula facta sunt ut legendi usus amoveatur eorum qui pro nihilo res habeant, lector tamen si capitulum quintum superaverit, sua virtute, praemium consequetur et facile postea procedere poterit atque forsitan, ad ultimum, thesaurum quod quaerebat inveniet.

In opere tamen de arte amatoria tractatur, non ex vano quia et amor, ut dicitur, est “vitae sal” et narrationes eadem figuratas res tegunt. Eadem imagines paulo crudeliores necessariae videntur ut legentis animum in medias res obrubrant. Dantes quoque, mutatis mutandis, “*vitae in medio cursu nostrum omnium*” in silvam obscuram pervenit, quia “*recta amittebatur via*”. Nobis enim memorandum est Dantem quoque, in *Inferis*, res aliquot aliquanto horrendas narrare, ut comitis Hugolini memoriam, sed nemo dicere non potest illum summum poetam esse, vel etiam, eodem modo, Boccaccium fabulatorem maximum, quamvis in eius narratione aliquot res ad sexum pertinentes non deficerent. Hoc volumen de tempore futuro disserit, sed per iocum si quid acciderit, casu fit. Attamen pro certo habemus rerum gestarum aliqua et multa facta de historia, prorsus evenisse, studiosorum nomina, contra, qui de negotio *chronovisore* disseruere cogitatione defecti sunt. Eadem dicimus de aliis artificibus et sermonibus, maxime cum Patre Ernetti, de existentia duorum Messiarum (quod, vero, non pertinet ad iudicium monachi), quae ficta fabula tota est, ita ut reliqua narratio. De existentia duorum Messiarum opinio a nobis haud probata, lector provocatus est ut omnes non tam Iesu vitam magni aestiment, -quae vero eresim ac discidium genuit, inter Christianos-, sed nutium eius quod in orbe terrarum inscribitur.

Ad ultimum omnes admonemus de aliquibus rebus occultis in hac fabula quae ad thesaurum verum ducunt, sed ad illam investigationem faciendam secunda fabula expectanda est quae “*Thesaurus magis abditus*” inscribitur et, rebus factis, quae ad rei publicae administrationem pertinentes sunt, auctorum vocem audiant.

Praefatio (id est capitulum 0)

Auctores, ad artificium, librum exscribendum curaverunt typis de *caeruleo*, potius quam *de nigro*, (exemplariis parvi pretii emptis) ad concordiam adiuvandam inter cerebrum dextrum, quod a circumscriptoribus *Sephira Chokma* dicitur, in quo ingenii facultas haec, ad cogitandum acuta, inscribitur, atque sinistrum *Binah*, quod in philosophiae parte rationali versatur.

Fabula enim maxime ut mysteriorum universitas apparet, id est contrarium minimis; qua de re, formarum trium pictarum una in hoc opere ex particula picturae trahitur, quae olim ab uno auctorum picta est, inscriptione eadem. Pictura altera Mariam Magdalenam exprimit paenitentem, quae a criticis Scholae Neapolitanae referenda est Andreae Vaccaro, de quo etiam in narratione dicitur.

Una, tempora nostra demonstrat, altera praeteritum tempus, ambo opera significationibus figuratis plena sunt, quae per partes solum in narratione descriptae sunt, et quae, aperta signa, sua sententia, unusquisque aestimat.

Auctores, narratione usa pro opera, dissertationis *Graal* iter traditum sequens, quae hac in re ad antiquam *Menorah* vertit, de aliquot rerum gestarum magnis arcanis exanimaverunt ut inspicerent si ullo modo invenire posset unicum iter de quo celatum est in nostrorum temporum fabulis, atque temporis praeteriti, et, ubi licet, probabiles explanationes dederunt de aliquo arcano ut lectorem ad percurrendum iter alacriter de intima quaestione concitarent.

Opus “*Temporis machina disputatioque Menorah*” inscribitur; qua de ultima, supra diximus, tituli pars autem prima ex re vera incipit.

Casum in primis narrat Monachi S.Benedicti collegio ascripti, Patris Peregrini Ernetti, qui ab anno septuagesimo, ad annum octogesimum praeteriti saeculi dixit se construxisse, cum aliis duodecim physicis, inter quos Aenricus Fermi et Werner Von Braun (quondam NASA rector), machinam quae postea appellata est “*Chronovisor*” qua praeteriti temporis eventa videre potuerat. Multi, vero, de illa inventione dubitaverunt, sed auctores qui eadem de re valde investigaverunt, contra cogitant inventorem vere construxisse talem machinam, et idem principium motionis datum esse, illius temporis, ante ecclesiasticas auctoritates.

Quandoquidem auctores illam viam sequuntur et investigationis iter (ubi *Graal* ut supra diximus a *Menorah* figuratum est), occasionem inveniunt ut omnia prima arcana in unum reducent, quae voluntate affecerunt et nunc afficiunt genus hominum. In opere loquitur de Templaribus, de nazismo magico, de pyramidum

significationibus, de antiquissimis populis, de Arca Fhoederis, de Mithriaco, de rege orbis terrarum et de collegiis secretis, de gnostice, de religione, sed de scientia siderali quoque, de scientia numerorum, de scientia nominali, de alchimia, de scientia imaginis, de vaticinio, de arte, de amore, de arte amoris, de versificatione, de siderum cognitione, de re coquinaria et ut apparet de antiqua *Menorah* aut de candelabro brachiorum septem iuxta praecepta Christi Domini facto.

In hac fabula lector et otiosus spectator permanet et, contra, ipse fieri potest dux et signa viginti duo quaerere, quae auctores abdiderunt in hoc libro, verum etiam in postera editione.

Quae disquisitio duo thesaura ad invenienda vertere poterit: primum sensibus subiectum summae nunc incertae, secundum animi maximi momenti, quod auctores donabunt ut lectorem sollicitarent ad semetipsum convertendum tamquam thesaurorum curator.

Capitulum I. **Mission.**

Anno millesimo nongentesimo octogesimo tertio p. Chr. n. mense iunio, cum protinus a tribuno Stephano Selvatici advocatus sum, dux quartae cohortis quae movetur militum sclopeto armatorum, quae praesidebat Mestraco, locus apud Venetias.

Dux manus, vir fere sexaginta annos natus, medio corpore, gracilis, albis iam crinibus, qui suo iuvenili vigori refragabantur, agitabatur et sudorem copiose emittabat, forsitan maximo calore; quamquam ineunte aetate, plurimus umor qui ex Atrianorum palude spirabat aestum intolerabilem reddebat.

Dux in hospitali cubiculo spatiabatur et suo anhelito excruciatum esse intellexi gravi quaestione, quia plerumque bona indole praeditus.

<Sedeatis, quidem, tribune Iacobe Merlin, quod a me vobis dicendum est parum temporis postulabit. Libenter accipiatis priorem liquorem ex racemis expressum; mihi ampullam singulariter egregiam donaverunt “Rubram Angherae quadrimam”.>

<Optime dixistis, tria numquam renuanda sunt: acrioris liquoris ex racemis expressi cyatum ad libenter accipiendum *Amarum Lucanum* ad digerendum et nigrae spumae poculum, ut apparet solum et praecipue *Spumador*, ad sitim restinguendam, sed mihi effundatis guttulam tantum, quia hodie munere fungor>

<Age, sane>

<Gratias ago, sed dicite mihi, cur me evocavistis?>

<Res impedita et contorta est. Nonne dicere audistis de Patre Peregrino Ernetti et de machina ab ipso inventa cum aliis duodecim physicis a nonnullis studiosis appellata *chronovisor*>

<Ita, id cognosco, sed non singulatim>.

<Iuvenis estis, atque illis temporibus nondum natus eratis sed iam ineunte anno quinquagesimo saeculi praeteriti, notitia per conclavia phisica divulgata est machinam inventam esse idoneam ad temporis praeteriti eventa intercipienda atque eiusdem auctores; dicunt enim illam machinam idoneam esse ad praeterita praebenda, ut in imagine. Huius singularis machinationis inventio, ut dicitur, conferebatur Patri Peregrino Ernetti monachi S. Benedicti collegio ascripti, quem ut narrant egisse cum aliis phisicis maximi nominis, inter quos Aenricus Fermi eorum discipulus clarissimus, vir iaponicus clarissimus, doctor lusitanus De Matos et Werner Von Braun, inventor V2 et NASA director, id est auctor naviculae quae hominem in lunam tulit.

Notitia de memoria mox excidit et tacitam illam reliquatur si, post fere vicesimum annum ipse Pater Ernetti, non potestatem sui praebuerit diurnario Vincentio Magdalonensi edicta ad numerum duodevicesimum voluminis, quod in singulas hebdomadas habetur “*Nuntii dominica*” quae vulgata est a.d.VI nonas Maias, anno millesimo nongentesimo septuagesimo secundo. In illa notitia ab auctore principia prima inlustrabantur de quo postea *chronovisor* denominatum est, sicut machina qua tempus praeteritum videri poterat.

Ad rationem auctoris inventio tota doctrina de rerum natura utebatur, qua undae sonorae et visuales statim ut emittuntur se non delentur, sed simpliciter se conferunt et aeternae manent ac ubique praesentes; hac de re, ut vires, hae undae quoque fieri possunt, quia etiam illae, quodam modum, vires sunt. Quandoquidem aliqua a nobis non videntur neque adiuntur, id haud significat ea non esse, ut Pater Ernetti ait, sed solum a nobis adhibenda sunt certa instrumenta quae nobis et audire et videre permittant ea quae, nostrum omnium sensus, minime percipiunt.

<Magni momenti mihi profecto videtur, domine tribune, curabo ut illa acta diurna ad me quam primum veniant>

<Haud necesse est, ecce illa>

Tribunus loculum tabulae aperuit, auctorum diurnorum vetulam paginam eduxit, et a me poposcit ut accederem ac mihi ostendit scriptum illud.

<Vos aspiciate, atque quid sentiatis dicite mihi>

Manibus meis paginam iam flavam sumpsi et colloquium Patris Ernetti legi in quo de antemnarum ordine huius machinae dicebatur quae sonos congruentes efficere de eventu delecto poterat. Machina iisdem principiis movebatur quibus coeli siderumque spectatores utebantur ad stellarum defectionem videndam atque viarum lactearum. Id secundum coniecturam quae adfirmat omnia eventa in undas visuales converti, quae iterum in roboris fontem convertuntur; eadem sicut involucrum aeternum hanc immutabile orbem terrarum circumdat. Attamen sonus et lux, cum

generata essent, minime agnoscenda essent hominibus, sed vis fierent. Physicus putat hominem emittere posse sulcum lucidum e summa cute effluxum atque sonos eius soni vim dimittere, quae sua inventione, sumerentur, accurata conficerentur ac componerentur in sonos et imagines, ita ut homo vel eventum historicum quaesitum foras veniat.

<Qua de re, quid sentiam nescio, tribune. Patris Ernetti explicatione, in doctrina quidem, accipienda videntur esse, sed mecum quaero cur alii physici, qui ut videtur ad machinam faciendam adfuerunt, nihil dixerunt de argumento>.

<Ego, enim, tribune militum, puto physicos appellatos cum Patre Ernetti non consensisse, de primorum experimentorum effectuum predicationibus, atque hominem finem et modum transisse; idem physicus enim est qui, in eo colloquio declarat pericula talis inventionis usu alieno, sed legere pergite, vos rogo>.

<Quandoquidem experimentorum exitus nondum noti erant Pater Ernetti sic declarat: “*Omnia nota faciemus cum probatio experimentis nostris erit. Quae a nobis iam inventa sunt ab Americanis tentatura sunt. Ubi experimentorum nostrum omnium exitus comparare cum expectationis eorum possemus, tunc solum inventionis publicum nuntium dabimus*”. De periculis, inventionis usus in congressu processu scriptum est chronovisorem inventionem infestam esse, quia verbi libertatem, actionis, cogitationis, detrahere posset, quoniam etiam cogitatio roboris emissio et hac de re distinguenda a machina est.

Iuxta Patrem Ernetti, machina scire possemus res quae reliqui cogitant, qua de re exitus talis usus duo esse possent: aut humanitatis excidium aut res non magis veri similis, ortus morum novorum sine maleficio. Qua de re hoc instrumentum inventor putat non divulgandum esse, sed custodiendum esse directe auctoritate eadem. Sed vos, tribune, putatis illum nuntium habere phisicun fundamentum?>

<Quotidie cum televisorem aperimus, imagines videmus, eventuum temporis praeteriti annorum multorum, hac de re, meo iudicio, puto processum similem esse probabilem, sed sentio etiam Patrem Ernetti veritatis partem, sua sponte, abscondidisse nobis et prorsus, meo iudicio, causa videndi eventum vel hominem necesse esse re quidem aut parte illius hominis. Puto enim unguem aut cirrum necesse esse causa videndi omnes vires quae in illa re infiguntur>.

<Vos revocatis ad Colangeli doctrinam, et domini Aloisii Leonardi Borrello, nonne ita est?>

<Bene, succentuario, minime putabam apud *Ludum Militarem Nuntiatella Neapolitanorum*, quem frequentavistis, ad talem doctrinam pervenerunt>

<Vobis dico me magistro physico doctissimo usum esse, qui nos vocabat ad Mathematicam curandam doctrinamque de rerum natura et quasi quadam philosophia

neapolitana. Profiteor, vero, me maxima cum diligentia historiae operam dare atque mysteriorum. Ego semper tractus sum facultate tempus praeteritum respicere et itineribus quae ad spatium atque tempus pertinent. Qua de re, rationum studium non solum Caesaris Colangeli penitus animo comprehendere, verum etiam Nicolai Tesla Emmanuelis Velikosky, machinatoris Johannis Baptistae Ferlini, clarissimos solum commemorans>.

<Ferlini, qui in opere erat apud MIT?>.

<Ita sese. Cogita eum personaliter nuper inveni et, illa tempestate, mihi dixit se rationes suorum experimentorum redditurum esse de vi magnetica, in libro quem divulgavisset, brevi tempore, typis mediterraneis cuius ante tempus mihi inscriptionem fecit: "*Saeptum Magneticum*", quamvis mihi dixisset, propter maximam copiam indiciorum collectorum, illud opus divulgatum erit non antea anno millesimo, nongentesimo, octogesimo sexto, post Chr. n>.

<Vere... Ferlini, illud audivi cum etiam sectori ordinis scientiae machinalis meum officium praestabam *Turris Vergata Romae*, sed numquam occasionem habui ad eius studia pervidenda, quamquam iam tum magna voce diceretur, in circulis scientiae eum procreaturum esse Philadelpfiae experimentum >.

<Ita, ut cogito, vos cognoscetis id quod sub nomine illius loci positus in *Rebus Publicis Coniunctis* (USA), experimentum servabatur de electromagnetis locis quod *Copiae Navales Americanae* agebant, mense octobris anno millesimo nongentesimo quadragesimo tertio p. Chr. n., quo nitebantur ad formulam disciplinae probandam Einstein de locis in unum redactis>, dixi.

(N.d.r. Illa formula disciplinae dicit, loco electrico facto in modiollo, locum premi ad magneticum campum, in illud electricum. Quia omnis locus fundamentum spatii occupat, et loci tres necessarie sunt, locus nutus quoque habendus est.

Hic tertius locus generari fere potest, generatoribus electromagnetis inter se iunctis, qui magneticum impulsu generare possunt principio soni repercussi acto).

Illud experimentum magni momenti fuit si, ut videtur, magnetico loco acto, in eo navis bellica americana periit, quae eodem tempore, alio loco visa est, qui ab eo ultra milia passuum nongenta aberat ubi experimentum factum est.

Mea quidem sententia illius coniecturae physicae auctor Nikola Tesla videtur esse, sed sicut vobis dixi, parum vel nihil de experimentis Ferlini. Quid vero sit? Ferlini experimenta ex studiis suis de significatione pyramidis magnae incipiunt et de eius directione ad polum magneticum, verumtamen ex quo cognovit in conventu scientiae qui abhinc annos quadraginta circiter fuit in Germania, in quo relator aliquantulum dixit de experimento simile illius quod Philadelpfiae factum est.

Quoad mihi personaliter dixit, post studiorum ac meditationis perlongum cursum, voluit se facere experimentum simile illius Teslae, auxilio machinarum magneticarum potentissimarum, quae arcuatae factae sunt. Ut mihi videtur, eos non electromagnetes esse, sed magnetes diuturnos, ex chalybe dulci.

<Pergite, mea maxime interest!>

<Ut mihi Ferlini dixit, in experimento de quo supra diximus, quattuor adhibiti sunt maximi magnetes, unusquisque quattuor anphorum pondo circiter, natura crucis inter eos, spatio interiecto antea statuto in officina. In vehiculis per gradus divisus positi cursus, hi pressi sunt lente, in medium crucis; cum ii ad spatium criticum propositum pervenerunt, nebula caerulea orta est quae a medio ad extremitates exteriores pervenit, effundens odorem proprium vaporis qui dicitur ozono, quamvis talis vapor non iudicaretur ab aliqua machinationum ad hoc paratarum.

Ad hoc tempus Ferlini mihi dixit se personaliter pervenisse in aream criticam magnam circiter tria milia *cmq*, positam intervallo circiter quinquaginta *cm* ex polis et cum explorationem faceret, ut mensuram melius videret, personam contrariam vaporis deposuit, quam ferebat, et per imprudentiam in locum magneticum intravit ita factum, evanescens intus paucis temporis momenti, ut ei postea dixerunt eius adiutores. Cum in cospectum rediit, conscientia vacuus erat et persona vaporis contraria quam abstraxerat, cuius vestigia in perpetuum evanuerunt.

Ceteri, qui experiuntur, eum e somno suscitaverunt solum ad pristinos situs magnetes ferentes, et ei dixerunt vaporem, eo abscesso, colorem lente mutaverat, ex caeruleo ad luteum, ad viride, usque ad pristinum colorem.

Ferlini mihi narravit eum cum a vapore absumptum esse, sensus omnino amisit, et per illa temporis vestigia, ei apparuisse saxeam aedificium cacumine demisso, amiculo insolito metallico resectum, ei quidem apparuisse pyramidem metallicam lamina resectam, aere compositam.

Quamquam is pulsus esset a meis percontationibus, quomodo, mea quidem sententia, in spatium-tempus iter facere potuisset, physicus argumentum cuiusdammodi elusit et mihi descripsit huiusmodi rem etiam veneficio quodam evenisse, aere ione excitata, sed tamen coniecturam a me factam apertam reliquit. Distinxit autem ab eo adhibendos esse aliquot machinationes, a sua turma factas, quas postea sua quidem sententia diplomatis rem futuros esse>.

<Magnifice, sed, sua quidem sententia, hoc experimentum credibile apparet?>

<Nescio, homo mihi verissimus ac idoneus videbatur, verum etiam experimentum puto fundamentum scientificum habere. Sed, sua quidem sententia, ad Patrem Ernetti repetens, physicum, aio, vere retro in tempus vidisse chronovisore?>

<Quamvis haec incredibilia dictu videantur, tamen doctor Joseph Marasca, litterarum professor ad collegium "Amidaeus Savoia", Aesis apud Anconem mihi videtur inventorem temptavisse, ab eo poscens partes egentes complere codicis scripti, qui, ut dicitur, antiquo poetae latino tribuitur Ennio Quinto: "Thyestes", opus quod scriptum fuit secundo saeculo fere a.Ch.n. Aliquanto post, tamen, Pater Ernetti, homini in dialogum suum incluso, mittit opus integrum, plenum partibus quae aberant, dicens easdem repertas esse chronovisore, annotatione quae in spectaculo curata erat, anno

centesimo sexagesimo nono a.Ch.n. *ludis publicis Apollinaribus*, apud templum deo dicatum, positum intra Forum et Circum Flaminium.

Professor Marasca, quocum personaliter fui, mihi dixit complementa quae Pater Ernetti fecit congruentes dici posse texto quod ad nos pervenit. Textum tamen accepi et ipsum proposui philologis duobus, qui mihi duo iudicia diversa dederunt.

Alienus declaravit additiones texto originali veras dici non posse, quae multa verba continebant, quae in lingua Latina leguntur circiter ducentos annos post, alter philologus, contra, distinxit textum verum dici posse et consentaneum tempori eidem quo tragoedia scripta est, ita ut nobis pervenit, quia verbum ipsum multas significationes habere potest >.

<Aliquantum ut ius, non idem sentire de aliqua re ut dicitur, tamen, quae cum ita sint, negari non potest Patrem Ernetti spectaculo postumo adfuisse, neque illi originali, qua de re, in tabulas accomodationem illius tragoediam rettulit, ut haud dubie eo tempore scripta fuit. Sed mihi dicite, domine tribune, alia experimenta, forte, in hoc genere sunt?>

<Pater Ernetti adfirmat audivisse et vidisse multos eventus rerum qui acciderunt, inter quos sermones Mussolini, Ciceronis et Napoleonis Bonapartae, et maxime sustinet chronovisore se ipsum sequi potuisse passionem et mortem Iesu Christi ac illius dedisse figuram, illam quae praecipue videt coram vobis, quae vultum Christi significat>.

Figuram aspexi et plurimum obstupui. Figura simillima erat ut Christi imago implorantis, sursum vultu, sursum converso, quasi Patrem quaerens.

<Mi Deus>, clamavi, <ille vero nostrum omnium Dominus videtur, sed haec omnia possible sunt?>

<Illa figura edita est anno millesimo nongentesimo septuagesimo secundo p. Chr. n., sed, paucos post dies ex illius edicto, lector memoriarum quae “Mysteriorum acta diurna” dant, commentariis exemplar Christi cruci affixi lignei Cullatis Valerae misit, qui calebratur in templo “Collevalensae” apud Tuder.

Duae figurae simillimae erant.

Pater Ernetti aliquot post annos ad argumentum rediit, cum uni ex suis praecipuis inimicis respondit, Dominus Borellus, de quo antea diximus, affirmavit Christi figuram captatam esse anno millesimo nongentesimo quinquagesimo tertio, dum Christus cruci affixus ligneus “Collevalensae” creatus erat aliquot post annos, praeterea explicavit cum mater Spes (n.d.r. monacha quae visus Iesu habueret) cum vidit eam figuram, eum vocavit personaliter ut ei diceret talem figuram Christo visioni eius apte respondisse.

Quae cum ita sint, Pater Ernetti in Vaticanum semel atquae iterum vocatus est et in eo tempore cum ei auxilio venisset studiosus Italicus, talis Paulus Tosi, etiam nunc

vivus, et studiosus Lusitanus, ostendisse materiem omnem in tabulas relatam recte Pontifici Pio XII et viris egregiis Vaticani et administrationis rei publicae>

<Quid aliud mihi dicere potestis de Patre Ernetti?>, poposci, audiendi cupidus saepius semper>.

<Pater Peregrinus Ernetti est physycus et musicorum peritus et rem musicam praepolyphonicam edocet apud Artis musicae ludum “Benedictus Marcellus Venetiarum”; puta, cathedram suam illius generis in toto orbe terrarum unam esse. Musica praepolyphonica illa est quae a saeculo decimo quarto a.Chr. n. usque ad decimum saeculum p.Chr.n. et scriptura musica, ita ut eam cognoscimus, antecedit.

Ad hanc disciplinam robustam dulcemque reficiendam ac discendam, Pater Peregrinus usus est etiam nunc utitur virorum peritissimorum auxilio totius orbis terrarum, ac haud dubie subsidio quoque eorum dicere possumus eum modum accurate conficere coepisse, qui inventionem suam patefecit.

Scimus tamen physicum participem fuisse Augustino Gemelli primis experimentis de *electronica nutatione*, quae apud aliquot officinas Universitatis Studiorum Catholicae Mediolanensis fecit.

Hac de re vobis rem narrare possum de qua amicus Pater Magnus mihi locutus est, *epistemologus* etiam nunc vivens: anno millesimo nongentesimo quadragesimo secundo, Pater Ernetti Mediolanum pervenerat ad officinam physicam, quae experimentis constat Universitatis Studiorum Sacri Cordis, ut obviam Patri Gemelli se daret, ad aliquot experimenta facienda de nonnullis vocibus gregoriani cantus, magnethophorum usu filis factis, tamen machinae filum his in rebus frangitur. Illud enim aliquantum restituerunt duo, Patre Grandi auctore atque agente, sed cum machinae dedissent principium motionis post reparationem, ii tres, haud Gregorianos cantus sed patris Augustini Gemelli vocem audivere, qui exclamavit -Certe vero auxilio tibi sum. Semper tecum sum.

Nobis dicendum est etiam atque etiam Pater Gemelli in angustiis erat, clamare solitus erat: Patre adiuva me!. Hoc tempore Pater Gemelli, in terrore cum fuisset, magnethophonum repressit, sed postea recessit et rursus vocem patris audivit quae in cubiculo resonavit: Ita verum, stultissime, videsne memet esse? eum stolide faciens, quia nomen hominis stulti interdum a patre eius suaviter dicebatur. Quomodo illud evenire potuisse, minime cognovi, sed hoc cogito aut tres physicos machinae antesignanae chronovisori principium motionis dedisse, aut unum eorum facultates mediaticas pro certo habuisse.

Omnibus rebus omissis, cum personaliter meum nuntium ac Patrem Ernetti cognovissem, homines rationales, puto solum Patrem Ernetti unicum esse qui talem facultatem habere posset.

Attamen, post illum eventum fortuitum, tres aliquot experimenta coluerunt, quae vertebant de undis emissis a rebus, vel hominibus, quae in aeternum sunt in aethere et tamen capi possunt esse, parte quidem verti ut sonus et imagines>

<Res magni momenti! Summo cum gaudio cum Patre Ernetti loquerer ad quaestionem personaliter exquirendam >.

<Quam ob rem, vobis satisfacere possum, quia brevi tempore eum videre potestis quod Vaticanus ad praefectum regionibus accessit nostrum omnium, ut praesidium obtineret ad machinam defendendam maximi momenti scientifici, quae praecipue non pervenienda est in manus extraneas. Dubito, tamen, vos elicituros aliquot iudicium de chronovisore a Patre Ernetti, quia ille, post contentiones dissentionesque, quae ad factum vertebant, in se ipsum rediit, nescio si sua sponte vel maxima voluntate eorum qui praepositi ei erant. Pro certo habetur, tamen, ex illo tempore is numquam verbum de re dixit, nisi cum paucis amicis, inter quos, ut opinor, cum Patre Francisco Brune et cum femina a manu eius amica.>

<Cur cohortem nostram adiere neque vires praecipuas? Cur vos memet elegistis qui supplementi ductor sum, et in extu quoque et maxime iuvenis viginti unus annos natus, ad missionem tam difficilem faciendam?>

< Dux veretur inter vires praecipuas absconditos hostes esse posse, sed praesertim quisnam suspectum habere potest amicorum comitatum propemodum iuvenes viginti annos natos machinae tanti momenti praesidio esse? Vos, quamvis iuvenis viginti annos natus apud disciplinam militarem Nuntiatellam insignes fuistis per terrae motum qui Neapolis die viginti tres novembris, anno millesimo nongentesimo octogesimo p.Chr.n. fuit, ad Campun Plebiscitum claudendum vestra voluntate, ad amicos disponendos minus peritos et ad publicum ordinem custodiendum, formidinis illo momento>

<Gratias vobis ago vestra aestimatione, sed haec missio quid est, plane?>

<Haec missio quae proprio sermo vocata est *Actio kronos* ad praesidium dandum vertit chronovisori a locis in quibus est ad Urbem Vaticani>

<Quid dicitis in locis, plura chronovisorum sunt?>

<Non plane, chronovisor, vero, machina est quae tribus partis constructa est, quarum, ut Pater Ernetti scribit: “Pars constituta est ordine antemnarum temperationum variarum metallorum, inter se coniunctis, ita ut captare possint omnes fere omnes undas radiophonicas vario genere (et non solum illas), quae per infinitum loci pererrant; alia pars constituta machinis quae lucis celeritate quid in spatio quaeritur restituunt, sibi eligendis imaginibus omnibus et vocibus et pars tertia sicut in *televisione* imagines et sonos procreat. Nunc, securitate, picturare et exemplaria posita sunt apud tres tabelliones, qui in Rebus Publicis diversis sunt et prorsus: unum in Iaponia, unum in Helvetia, unum in Lusitania, dum tres partes quae ad hoc tempus operas dant sunt enim in tribus locis diversis: primum Genavae, ultimum apud dominum Cumar Patavi et medium, quod est enim maximum et est illud quod

tribuetur iussui eius, apud foundationem Cini, in insula S.Georgii Venetiarum, apud monasterium enim in quo vivit Pater Ernetti>

<Quis, praeter me, socium erit missioni?>

<Magister Joseph Rocca, cum aliis tribus vel quattuor hominibus, machinam positam in Helvetia tollet; magister Franciscus Airoidi, cum aliis hominibus praesidio parti quae est Patavi, dum vobis erunt praefectus vigilum Regina Mieli SISMI, ministra publica Helena Mollica, optio militum sclopeto armatorum Angelus Muti, quem vos iam cognoscitis, et miles sclopeto armatus Antonius Esposito. Omnia disponentur a Domino Aldo Silvestri administrationum occultarum Vaticani, qui postea vos Romam praecurret ad vestram mansionem faciendam in Sancta Sede>

<Cur consortium multiplex verum etiam duarum feminarum concursu ad praesidium faciendum?>

<Meus praefectus personaliter mihi subvenit et mihi dixit administrationes occultas Americanas ac Russas, sectae occultae discipulos quoque, chronovisorem consequuntur et si enim cepissent, uti eo possent in potestatem habendam genus hominum. Nunc, ut antea vobis dixi, si magnum subsidium deponeretur, res oculis incurreret et traheret animum, statim, administrationum occultarum externarum, quae facile invenire possent machinas et eas caperent. Contra, quis magni aestimaret aliquot amicos iuvenes viginti annon natos, inter quos duas formosas puellas?>

<Puto missionem proximam futuram esse, quia intra paucos dies militiae tempus in armis desinet>

<Hic error est, expeditio circa Junii principium proximi anni erit>

<Illo tempore iam ab armis discedam, quomodo in militia facere poterò?>

<Quae vobis nondum patefeci, omnes homines puto illi missioni adfuturos esse, quamquam praecipue operam exercitui praebent et tamen ut milites stipendiis confectis, quia illo tempore, aut emendi erant, aut in vacatione erunt militiae, aut in comiteatu atque omnibus de his rebus loqui non poterit fere per annos viginti>.

<Sed quomodo res publice non explanatur, quia Vaticanus nostrum iussum adiit?>.

<Non ad nostrum iussum, sed ut supra vobis dixi, ad nostrum ducem directe. Ille amicus verus est cardinalis Iosephi Poretti, Sancti Officii, qui enim rogavit ad duodecim iuvenes inveniendos qui missioni adesse possent, quos personaliter is cognosceret atque certa fide, iuxta quos, tres homines administrationum occultorum Vaticani collocabuntur, inter quos, quidem, Aldus Silvestri>

< Mihi ignoscite si persevero, sed non recte intellego, quomodo Vaticanus suis hominibus non recte utitur et cur publice facit?>.

<Solum quia alicui fidem non habet, quia, praeter tres homines ignoti ordinationis, qui personaliter cognoscentur a Cardinale, pro certo non habetur etiam inter ipsas personas Vaticani homines incognitos esse. Administrationes nostrum omnium, contra, a CIA saepe inspiciuntur atque vere eos subiectos esse sub Reipublicae nostrae imperio, quae, si Respublicae Coactae Americanae quaerent nobis machinam, Res Publica nostra ullam veram recusationem opponere posset et vos certe putare potestis quomodo illa utebantur gubernatores qui illuminati minime sunt a luce divina>.

<Coetus alii homines concesserunt rei?>.

<Ita, alii iam assensum dederunt ut vos, probatio vestra solum abest>.

<Putatis me missionem talem accepturum esse?>.

<Quia vos estis unus qui negat esse extra animum solidi quicquam et physicus, rerum gestarum scriptor, methaphysicus et, quae cum ita sint, vere estis curiosissimus se personaliter motum talis machinae posse videre et maxime estis catholicus bonus et tamen iussa detractare non potestis quae recte a Pontifice Maximo eveniunt>.

<Recte a Pontifice Maximo?>.

<Ita, recte a Santitate sua, qui magni aestimat de visu chronovisoris motum videre. In illa tempestate, secundum id quod aliquis mihi pollicitus est, vos de visu experimenti adesse potestis>.

<Quae cum ita sint, officium mihi accipiendum est et vestra fiducia mihi vobis gratias ago>.

<Quam ob rem, de missione tale nullum verbum dicendum est neque cum domesticis, neque cum amicis, neque si quis in cruciatum datus esset, et quacumque ratione et unusquisque eorum qui adsunt sine exceptione negabit suum assensum missioni et maxime publice se committere constitutioni nostrae speculatrici et auctrici. Praesidiis probabilibus logicis-efficacibus et iudiciis optioni Iohanni Rossi scientiae ludi, meo adiutori constituto, vos confidere poteritis, qui vobis tela subministrabit vehicula et necessaria ad missionem faciendam. Arma instructa numeris indicis nuda erunt, vehicula postea correpta et non in tabulas referta sunt, fictis parmatis.

Prudenter vitate ne vos a nostris apud aliquam stationem detineamini. In Venetia pericula minime sunt, sed extra regionem vobis agendum est sine auxilio. Pecunia vobis recte a Vaticano venient, vestro discrimine vobis centies centena milia denariorum singulatim praebentur et vobis aliquid pluris, cum ductor eritis, et vobis

defunctis, nostra sententia familiae vestrae decies centies centena milia denariorum habuerunt>.

<Cum ego emeritus essem, cur vos putatis alios homines mihi oboediendos esse?>.

<Vos audistis de antiquis equitibus Templaribus dicere?>.

<Ita, ordo monasticus equester erat, qui a S. Bernardo Clarae Vallis inventus est, et a Hugone Pagani, anno millesimo centesimo duodevicesimo, conditus est>.

<Recte, in hoc genere hoc antuquum chirographum quod Ferraioli tribuitur vobis lego: “Anno millesimo centesimo duodevicesimo Hugo Pagani et Goffredus Sant Al Demani, cum aliis septem Equitibus, quorum nomina nescimus, templarium ordinem condiderunt. Hugo Pagani nobili genere nucerino natus erat, in provincia Lucania Regni Neapolitani (N.d.r. Qui est enim antiquus civis Lucanus, cuius pater, Paganus Paganorum, oriundus ex Forenza, illa sicut Nuceria, tum in Lucania posita, neque Gallus ut ab omnibus creditur, sicut aliqui tradunt, Magistrum Catharinam Sinclair in matrimonium duxit, sed hoc non veri simile videtur, cum monachi rediguntur in potestatem castitatis voti).

Goffredus, Gallus enim erat, et ambo in Jerusalem pervenerunt ut Iesu Christi Sanctum Sepulcrum viderent. Qui equites tam pauperes erant ut, duo tantum, nihil aliud haberent quam solum equum. Praeterea tres se in potestatem voti pauperitatis tam rigidi redigerunt ut se vocatos esse vellent templi pauperes equites. Quibus negotium dandum erat atque boni occupatio ut liberaliter illos christianas tractarent qui ad loca Sancta visitanda perveniebant, quae, illis temporibus, a toto orbe terrarum catholico magno numero concurrebant.

Quibus ipsis etiam, cum de capite dimicarent, puto eos defendendos esse non solum in itinere, verum etiam ab inimicis latronibus sicariisque, et etiam semper contra infideles pugnare.

Quia ordinis prima sedes ac domicilium Equitum in Palatii ala quae apud Salomonis templum erat, ad australem, quae iis donata sunt a Baldovino Hierosolymorum rege, atque a Patriarcha illius temporis, iis nomen fuit Templares, id est Equites templi militiae>.

<Templarium onera cognosco et etiam ipsos praeclaros fuisse scio, quia inter bellum rei Christianae causa susceptum et alterum, pacis temporibus, obviam nonnullis Ismailitibus, qui in principio erant, se tulerunt, id est “Sicariorum factio”, quae in Persia condida est, anno millesimo nonagesimo ab Hassam Ibn Sabbat, qui voce eos edocuerunt de aliquot notitiis occultis.

Narrant enim, hos ultimas quamquam in alia parte essent, dignos memoriae heredes putatos esse, suis adversariis, tradidisse, aliquot notitias occultas, quae in Essenis versabantur et eadem, postea, in Occidentis regionem pervenerunt, in iscriptione, in cathedrales claras gothicas illius temporibus, amoenitatum atque signorum esoticorum ornatas. Aliquis etiam putat ipsos ad secretos templi occultos clam recte

pervenisse et thesauros singulares cumulavisse, qui a rege gallico Philippo IV capti sunt, qui Pulcher appellatus erat, ultimo Magno magistro mortuo Jacques de Molay, qui in rogo missus est, anno millesimo trecentesimo quarto decimo. Talis ordinis edocti vexati sunt et necati, atque Ordo penitus solutus est, quamvis non deletus a Pontifice Clemente quinto, dum bona capta donata sunt aliis ordinibus equestribus>.

<Hoc narratur, sed vero non omnes equites necati sunt. Mortuo eorum magistro, superstites se occulte congregare perrexerunt in his rebus publicis in quibus coercionis vexatio minus acer quae a Philippo Pulcro explicata erat. Multi equites praesertim in Lusitaniam confugerunt, et iis nomen fuit “Christi Equites”. Eodem nomine perrexerunt itaque suum opus quod ad virtutem redigit abscondite et maxime arcana prima a magistro ad magistrum tradiderunt usque ad nostros dies, et quem in conspectu vestri unus est ultimorum equitum. Adiungo enim hodie quoque, haud multi sciunt, ordinem magistrum manifestum habuisse et alterum occultum.

Hic enim vere erat is qui animi potentiam administrabat, illo tempore dux Beaujeu erat, et, sua virtute, consuetudo usque ad nostros dies pervenit>.

< Vos, domine tribune, mea quidem sententia, enim ultimus ordinis Magnum Magister estis?>.

<Minime, non ego, ego merus eques senex, anno millesimo nongentesimo sexagesimo electus sum, talis et nunc curo eruditionem novorum discipulorum; olim soli homines aderant, sed tempora mutant et hodie accipimus etiam mulieres quae tamen porticum segrecatum habent.

Nunc vobis dico omnes coetum participes qui ad missionem pervenerunt, nostri initiatores sunt et itaque vos estis unicus qui partem non habet illius>.

<Quomodo, enim, pro certo habuit talem rem arcanam mihi dicere?>.

<Tres sunt causae quae me incitaverunt vobis confidere hoc arcanum: in primis quia cognosco suam modestiam, deinde quia, si vobis commemoratis, in meo officio multas per res, vos dixisti in ordinem equestrem ire, dummodo etiam unus esset qui memoriam continuam servavisset. Ultima causa, maxima fere confirmat pristinum Ordinis Magistrum illuminationem obtinuisse et videre potuisse et tempus praeteritum et tempus futurum. Ille mihi dixerat auxilio nostrum omnium brevi venturum esse hominem ex tempore futuro, cui missio maximi momenti humanitati administranda erat, atque me in hunc hominem incasurum esse, anno millesimo nongentesimo octogesimo tertio. Mihi quoque dixit, ut securus esset illum esse electum, mihi illum subiciendum esse aliquibus experimentis, et solum in illum omnia superaturum esse, ipsum agere potuisse coetum. Nunc, sua sententia, is homo erat longus m. 1.75 fere, altus, capillis flavis et oculis caeruleis, ingenio laeto, sed cauto, et doctrina superiore praeditus, quamquam aetas sua censoria, minime cogitare dubitavi vos esse, sed minime pro certo habeo quomodo vos a tempore futuro venire possetis>.

<Vere confiteor, ita est, excusatione utor nisi antea me aperui, sed securus esse volebam vos praecipue esse cui obviam me dare, sed quae cum ita sint, vobis confido me venire ab anno bis millesimo duodecimo, apte a vicesimo primo iunii eo anno, et ad praeteritum perveni ad futurum tempus mutandum, hac de re, quamquam habeam corpus viginti annorum, doctrinam et experientiam hominis quinquaginta annos nati>.

<Sed quomodo haec fieri possunt?>.

<Iam sedecim annos natus itineribus per spatia-temporis operam dabam, eo tempore prodigium tale facturum esse solum ab hominibus facultatibus peculiaribus praeditis esse putabam, et tantum astrorum corpore. Viginti fere annos, cum in studium operum aliquorum physicorum incuberem, ut Frank Tipler, Kip Thorne, John Gribbin et Paul Davies, pro certo habui talem actionem pertinere etiam posse corporis physici traslationem et, rationem saltem, iter facere in tempus possibile esse. Coniecta illa cogitationis, tamen, impossibilia factu mihi videbatur illius temporis scientia. Argumentum enim mihi destitutum esse, cum acta diurna in manibus habui quae de mysteriis agebant in quibus dicebatur, in aliquibus locis italicis, litteras aliquos homines narravisse in aliquot ianuas quae ad spatia-temporis vertebant incidisse, quae sicut naturales fenestrae iter per tempus et spatium facere potestatem dabant.

Qua de re, natum est aliquot homines in illa loca Italiae pervenisse diebus constitutis, in Brasilia et somno reliquis deinceps diebus excitavisse, sine recordatione et memoria huius rei quae interim evenerat. Nunc quia inter loca quae talis articulus referebat, proximus meo domicilio illius temporis, Arona erat, in Novaria provincia, meas indagines ex illo loco prorsus incipere institui>.

<Cuniculum illud enim invenistis?>.

<A principio, enim, intellegi loca in quibus ianuam illam collocatam esse, solum ad duo proprie pertinere potuisse: aut in Hortis Naturae Lagoni Mercuragi, ubi prima rota inventa est lignea, quae in Europa extruxa est, aut apud antiquam arcem a Napoleone destructam, quae supra urbem posita est, locus qui natales dies S.Carolo Borromeo dedit. Prima coniectura amissa, vel quia meis studiis, probabilis ianua quae ad spatia-temporis vertebat, vi patefacienda erat loco in quo biorobur se fortiter praebenda erat (et in naturae horto illius rei nihil animadvertebatur) et quia in loco templorum vestigia, Iano bifronti vel Mithrae dicata, minime inventa erant, quae meo iudicio, firma signa roboris eos nodos esse, secundam coniecturam elegi. Rerum gestarum disquisitionibus peractis de loco apud Aronae arcem et supra Arcem geminam Augerae, patrimonium olim familiae "Borromeo", templum erat Mithrae dicatum; hac re, signa debenda esse putavi templi quod dicatum erat cultu illo etiam Aronae>.

<Idem invenistis>.

<Ita, nunc vinaria cella funguntur, sed forma templi est praecipua. Deinde mecum etiam homines virtutibus singularibus praediti tui, qui verum, cum perciperent in loco vigorem firmum, non terminis “star-gate” circumscribere evoluerunt. Iter, enim, “via secreta” appellata percucurri, sed etiam hoc ad praecipitium ducebat et ianuae nullum signum erat. Ad ultimum, post multa experimenta irrita, signum inveni, sed postero anno, fere, forte fortuna, cum amicae meae canem sequerer, qui nos deseruerat. In locum perveni, qui, Angerae arcem aspiciens, circiter viginti metrorum ad sinistram aberat a perimetro sacelli familiae “Borromeorum”, iam nunc diruti sunt et circiter unum metrum et dimidium a praecipitio, quod pedibus meis aperiebat, ubi ex improvise sistiti, quia repente pallui, ita ut mea crura horrescere corporis gravitate ipsum inciperent. Putabam me dissolvi.

Verum statim inveni: pro certo habui ianuam spatii-temporis invenisse, quem dudum quaerebam>.

<Tum, hodie quoque est?>.

<Ita, verum tamen, ianua per viginti quattuor circiter oras se aperit, ex consuetudine solum solstitio, praeterea corpus physicum vibrare oportet perfecte eadem undae longitudine vibrationis basis terrae ipso tempore, et hanc ultimam maxime magnam esse, quia non in omnibus temporibus talis porta aperitur sed solum in annis statutis.

Quam ob rem, si vos ad ipsum locum perveniretis hoc tempore et etiam invenire possetis locum exactum, puto vos solum aliquanto fessos sentire et nihil pluris. Ad ultimum, stantibus illis condicionibus, condicio causa capiendi ianuam deesset!>.

<Quae haec condicio esset?>.

<Hoc secretum est, quod patefacere non possum, dico solum ad talem exitum obtinendum necesse est aliquot eruditiones possidere, quae praeberi possunt solum ab eo qui iam iter fecit per tempora>.

<Vos estis parati ad me adiuvandum in tali re?>.

<Ego verum esse non potero ille ductor, quia labor meus alter est, sed vos ut optime scietis et ita sententia dicit: *qui quaerit, invenit*, quamquam a iusta norma prematur et in experimento perseverando. *Qui quaerit, si dignus erit, ei dabitur*>.

<Curiositate afficior, tribune, sed enim nunc tardissime est ad nostrum colloquium ita laetum protrahendum, vos eadem hora cras aspecto>.-